

Sem. lin. 3vi. fœnic. 3i. carv. cumin.
petrozel. à 3ib.

Bacc. laur. 3ii. juniper. 3vi.

Herb. 3ial. malv. melilot. puleg. meliss.
à Mij. sabin. Mij.

Flor. chamomill. Mij. cent. min. Mij.

Incis. & conquassat. includantur 2. facculis, qui ex 3va simplici coquantur pro insestu & fotu muliebrium.

CAPUT XXV.

JUNIPERI VIRTUTES IN MORBIS CIRCA PARTUM ACCIDENTI- BUS REPRÆSENTAT.

I. ABORTUS.

CUm uterus quidem concepit, onus tam
men suum ad certum usque pariendi
tempus non retinet, sed illud vel ex uteri
lubricitate vincorumque laxitate aut
solutione, vel ob matris debilitatem fœ-
tusque enecationem à suffocatione aut
alimenti subtractione ortam immature
excludit, *abortum* fecisse mulieres dicun-
tur. Hic ut præcaveatur omni studio est
incumbendum.

Adhibitis præmissis præmittendis
& observatis exactissimæ diætæ regulis
sequens in usu nobis est esentia in innu-
meris mulieribus experta.

R Flor. ros. rubr. balaust. bellid. à 3f.

Rad. bistort. 3vi. Gran. cherm. 3f.

Bacc.

Abortus.

Interna.

Bacc. juniper. nuc. mosch. caryoph. à 3*lb.*
Succin. alb. 3*v.*

Infund. in l. q. Spir. vin. malvatici vel
Hispanici, digerantur per 9*oz*. Colentur
& Colatura add. Tinct. Coralor. ad pla-
citum. S. Bewahrende Essenç. Dos. 3*j.*

Externa.

Ad uterum expurgandum & robo-
randum nec non conceptioni idoneum
reddendum tale componit Balneum *Pla-*
terus lib. 3. observat. p. 744. ante conceptio-
nem adhibendum.

R Rad. lit. alb. valerian. bryon. à 3*ij.*
Herb. matric. calamint. fol. laur. rub.
Semin. Juniper. à Mj.
Flor. lavend. rosar. sambuc. à pj. Ba-
laust. 3*lb.*

Baccar. laur. pj.

Coquantur in ∇ pluviali, addendo Men-
sur i. Vini rubri & tantundem ∇ & fabro-
rum extinctionis ferri & aluminis 3*j.*

Simile Balneum parat *Tilemannus*
*p. 380. d. mater. med. quod 3*lb.* Fruticum*
Viridium Juniperi exornat.

Vel

R Mell. ad justam consistentiam infis-
sat. q. v.

\circ destillat. Juniper. salv. rut. à q. s.
Misc. & ventri prægnantium adhibeatur.
Potes etiam oleis hisce \circ Nuc. mosch.
Macis, caryophillor. & spic. à addere &
cum

cum crustâ panis dicto loco applicare.

Conrad Kunrath, medall. de still. p. 448.

IL. PARTUS DIFFICILIS.

Cur sola mulier in *partu* tantos patiat *Partus difficultis.*
tur dolores quatuor enumerat causa-
rum genera *Rodericus à Castro lib. 4. de
natur. mulier. cap. 6.* Prima est DEI effa-
tum & pœna ob commissum peccatum
Genes. 3. Multiplicabo ærumnas tuas &
cum dolore liberos paries, Altera est de-
bilitas sexus fœminini in homine, quip-
pe qui genus masculinum robore non æ-
quat aut superat, sicut in brutis fieri con-
frevit. Tertia est, quod mulieres non
sint tām laboriosæ ac bruta, sed deliciis
& vitæ sedentariæ assuetæ, unde etiam
illæ, quæ laboribus & exercitiis sunt ali-
quatenus assuetæ facilius parere credun-
tur reliquis. Quarta est magnitudo capi-
tis in fœtu humano, quod magna ex par-
te majus est brutorum in utero conten-
torum capite, sicut Autor loco citato
prolixius de hac materiâ disserit.

In partu difficulti pleraque exhiberi
solent medicamenta quæ menses mo-
vent molamque expellunt, cum itaque
de iis actum sit, crambem bis coctam no-
lumus repetere, unicam saltem pilularum
formulam addentes, quam commendat
*D. D. Eucharius Nöflein cap. 5. tractatus Internæ
Schwangerer Frauen Nosen-Garten
dicti p. 25.*

Ex Herb.

Ex Herb. sabin. 3v. Rut. 3ij. Bacc. Juniper. 3ij.

Af. fætid. gum. ammoniac. Rub. tinct.
ā 3ij.

Misc. F. Pilulæ, Dos. 3j. in decoct. sabin. & puleg. vel cicer. & succ. rutæ.

Expertum, imò secretum singulare esse deprædicat Benedict. Victor. Faventia Cap. 45. Empiric. p. 287. si sequens condimentum in cena alternis diebus assumat mulier partui proxima, ad dolores in partu leniendos & avertendos.

Ex Granor. Juniper. Laur. ā num. viij.
Cassie lign 3β Cinnamom. integr. 3j.

Omnia simul ponantur in ventre turritis unius pinguis & carnosæ, deinde coquatur in veru cum pinguedine pulli & mulieri pro efū porrigatur.

Mistura sequens hic locorum in partu difficiili optimè audit.

Essent. juniper. flor. cheir. ā 3j. Sabin. croc. ā 3β.

Spir. cinamom. 3β. sabin. croc. ā gtt. v.

Misc. D. S. Starcke Treib-Mistur. Dos. 3β. ad ij.

Plura petantur ex superioribus & interioribus discursibus.

III. SECUNDINÆ ET LOCHIORUM RETENTIO.

Res certè mira est continens & receptaculum fœtus humani posteriùs egredi

*Secundi-
nae Lo-
chiorum
retentio.*

egredi ex utero ac ipsum contentum, immo
in illo nonnunquam per longum tempo-
ris intervallum commorari & retineri,
cum tamen ipsa natura, ab ejus retentio-
ne abhorreat indeque magna oriantur
tormenta ipsiusque vitae pericula, ideo-
que in tempore quærendum est auxilium,
si secundina post Partum in utero deti-
neatur, aut lochia suppressantur.

Quamvis verò & ad Secundinæ ut
& ad Lochiorum retentionem & expul-
sionem eadem convenient medicamen-
ta, ad partum difficilem, molam, men-
sium retentionem quæ commendantur,
in specie tamen in hoc affectu *baccas Juniperi* extollit citatus D. Nößlein lib. citat.

pag. 27.

Sic & *folia Juniperi* tam ad fœtum
mortuum, quam ad secundinam expel-
lendam cum aquâ & melle cocta & ex-
hibita laudat D. D. *Cuba* in *Frauen Arzneien* pag. 80.

Savanarola eadem *folia suffitus* loco
adhibet ad retentionem Secundinæ tra-
stat. 6. Practic. Major. cap. 21.

Ad lochia retenta sequens linimen-
tum paravit *Timanus* à *Güldenflee* lib. 4.
Cas. med. p. 227.

℞ *Ungt. d. altb. ʒvi. ol. amygd. dulc. li. alb.*
Pingued. Gallin. à ʒβ. croci ʒi. 80 de-
stillat. laur. à ʒi.

Misce F. Linimentum.

IV.

IV. DOLOR POST PARTUM,

Vid. CAP. XXII.

CAPUT XXVI.

JUNIPERUM IN MORBIS EX-
TERNARUM PARTIUM EX-
CELLERE ATTESTA-
TUR.

I. ARTHRITIS.

Posteaquam in affectibus internis vir-
tutes Juniperi, quid videlicet præstare
illa queat, contemplati sumus, ideoque
ordinis postulat ratio, ut & vires *ipsius*,
quas in curandis externalium partium
morbis possidet, aspiciamus, quapro-
pter illos primum considerabimus affe-
ctus, qui ad certum & determinatum lo-
cū reduci non possunt, sed modò huic,
modo illi membro, imò omnibus ferè
corporis partibus externalis accidere so-
lent, postea & reliquos, quæ certis ex-
ternalium partium membris sunt fami-
liares, enumerabimus.

Arthritis.

Primò prodeat *Arthritis* molestissi-
mus ille articulorum dolor, tam vagus,
quam fixus *chiragre vel Podagre* nomine
tunc insignitus, in quo sedando multum
certè valet *Juniperus* cum partibus suis,
internè vel externè si adhibeatur.

Internè.

Internè ad medicamenta antiar-
thritica baccæ, *Spiritus*, *Oleum*, *Rob*, *Ex-
tractum*